



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stella Mystica**

**Bonald, François**

**Coloniae, 1607**

Anima vitae puritate[m] atque iter securu[m] quo ad Iesu conspectum  
perueniat, petit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10014**

Vitam præsta puram,  
 Iter para tutum,  
 Ut videntes Iesum  
 Semper collætémur.

*Anima vita puritatem, atque iter se-  
 curum quo ad Iesu conspectum  
 perueniat, pe-  
 tit.*

MEDITATIO.

**R**EGIVS Propheta &  
 Psalmista David, vir-  
 go gloriosa, scribit:

*Psalm. 118. Beatos esse immaculatos in via, qui  
 ambulant in lege Domini. Quæ au-  
 tem est hæc via & qui sunt hi  
 immaculati? Certè non aliam  
 existimo esse hanc viam, quam  
 vitam præsentem: nec alios im-  
 maculatos, quam eos vt ibidem  
 Psalmista dicit: qui ambulant in  
 lege Domini. Neque incongruen-  
 ter hoc ipsum ait, nam quicun-  
 que hanc legem sequuntur ad  
 æternam fœlicitatem, & vitam  
 bea-*

beatissimam ambulant. Filius  
 tuus id docuit, dicens: *si vis ad vi-* *Matth. 19.*  
*tam ingredi serua mandata.* Hanc e-  
 go foelicitatem opto: hanc viã  
 ingredi concupisco. Sed cum  
 Dominum omnibus genera-  
 tim Christianis dicentem au-  
 dio *Estote perfecti sicut & pater ve-* *Matth. 5.*  
*ster caelestis perfectus est,* vehemen-  
 ter sollicitor, cum ignorẽ quo-  
 modo fieri possit vt ad talem  
 perfectionem pertingam. Non  
 quidem latet me, illis qui mo-  
 nasticæ vitæ se consecrarunt: ad  
 id agendum ora quædam com-  
 moda suppetere: quam etiam  
 ob causam plurimum tenentur  
 Deo immortales gratias per-  
 soluere, cuius beneficio ad hanc  
 viuẽdi disciplinam vocati sunt  
 & inibi conseruantur. Hoc qui-  
 dem bonum quilibet desidera-  
 re potest, sed si ad illud perue-  
 nire nequeat, petere debet, vt  
 talem

talem viuendi rationem eligere atque amplecti possit in quanta cum puritate ac sanctimonia conuersetur & uiuat, quantum humana fragilitas patiatur. Ego quidem id tota mentis cupiditate desidero, atque postulo: Sed o virgo beatissima, quomodo facilius desiderij mei effectum consequar quam per tuas orationes ac meritam Deus te suarum gratiarum thesaurariam constituit, vti antea declaratum est: fac igitur mihi hanc gratiam: vt pro me hoc bonum postules. Quod si mihi liberum non est, statum mutare atque aliam viuendi rationem inire, præter illam, quam complexus sum; effice illam mihi facilem, iucundam, & securam. Quod postulo iustum & æquum est, eum ad alium finem non respiciat, quam vt hac ratione ad cõspe-

spe-

ſpectum Ieſu Chriſti filij tui & ſponſi mei dilectiſſimi perueniam. Ad hanc ipſe me vocat: hunc in finem, pro me tam multa ſuſtinuit & pertulit. Ille in cœlum aſcēdens, dixit ſe præcedere vt præpararet nobis locum. De quo igitur quæſtio eſt, niſi de ſequela? Nemo autem illum ſequi poteſt, niſi iter tutum ſit. Tu ô virgo, non ignora es, quam multi nos hoſtes in periculoſo mari huius mundi circumvallent, & præſens nobis exitium machinentur. Caro ſua impuritate me inſicere tentat. Mundus ſuis me delitijs ac voluptatibus irretire atque inebriare conatur. Diabolus nauigium meum vndique arcedit, atque illud euertere nititur. Opem itaque fer mihi ô virgo inter tot pericula conſtituta, atque iter meum tutum effice,

vt

ut hanc vitam in omni puritate  
atque integritate trafigens, e-  
sum tandem, videre atque cum  
illo in perpetuas æternitates  
collatari valeam.

VITAM PRÆSTA  
PVRAM.

*De puritate in illo requisita qui le-  
sum in gloria contueri desi-  
derat.*

CONSIDERATIO.

*Beneficium  
baptismi  
quam mag-  
num sit?*

*Gen. 6.*

**Q**uando Sacrosancto Baptismi  
lanacro, Anima fidelis, ablu-  
ta fuisti, Spiritus sanctus ab  
omnibus te peccatis emundauit, a-  
deoq; in recta semita sempiternæ fa-  
cilitatis constituit. Quod beneficiū  
perfecto maximum & singulare  
fuit. Cum Deus vniuersum terrarū  
orbem diluuiō delere constituis-  
set Noemo præcepit vt arcam, in  
qua ipse cum tota familia sua sal-  
uaretur, construeret: obtempera-  
uit S. Patriarcha diuinæ iussioni ar-  
camque fabricatus est: in quam in-  
gressus